



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CLXXXVIII. Unio Provinciæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Minorum S.
Frabcisci Capuccinorum cum custodia Mantuan. & dismembratio
Conventus Castellionis Stiverorum a Provinciæ, eidem Provinciæ
Lombardiæ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

1736.
Dat. die 14.
Nov. 1736.
An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die 14. Novembris 1736.
Pont. Nostri Anno Septimo.

CLXXXVII

Confirmatio Edicti publicati ab Eminentiss. D.
Card. Corsino Signaturæ Justitiæ Præfecto in
confirmationem privativæ Jurisdictionis Rotæ
Maceratensis.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Eminentissi-
mus Corsi-
nus ad tol-
lendas appel-
lationes in
præjudicium
Rotæ Mace-
ratensis Edi-
ctum publi-
cat.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Ma-
gistratus Civitatis nostræ Maceraten., quod
dilectus Filius noster Nerius S. R. E. Cardinalis
Corsinus nuncup. noster secundum carnem ex
Fratre germano Nepos, & Signaturæ nostræ Jus-
titiæ Præfectus exorto in Provincia nostra Mar-
chiz abusui appellandi in præjudicium Jurisdic-
tionis Tribunalis Rotæ nuncup. ejusdem Civi-
tatis contra Motum proprium felic. record. Sixti
V., & quasdam literas Innocentii X. Romanorum
Pontificum Prædecessorum nostrorum in forma
Brevis expeditas, opportunum remedium adhi-
bere cupiens, Edictum hac in re edidit tenoris,
qui sequitur videlicet:

Edicti tenor.

*S. 2. Nerio di S. Adriano Diacono Card. Corsini
Prefetto della Segnatura di Giustizia. Accadendo
ben spesso, che nelle Cause tanto appellabili, che ri-
corribili della Provincia della Marca in pregiudizio
della Giurisdizione privativa del Tribunale della Rota
di Macerata, e contro la forma, ed il tenore del
Motu proprio di Sisto V. emanato sopra l'Erez-
zione della medesima Rota, impresso nel Bollario
nuovo in ordine Const. 95. Tom. 2., ed anche rispet-
to alle Cause ricorribili d'un Breve speciale dalla Sa.
Me. d'Innocenzo X. Spedito in data delli 5. Marzo
1646. i Rei soccombeni avanti i Giudici Locali si
fanno lecito ricorrere al nostro Monsig. Uditore ad
effetto d'ottenere particolarmente nelle Cause ricor-
ribili la subdelegazione d'un altro Giudice nel me-
desimo luogo, e gl'istessi Curiali de Partibus tal
volta accordano, o fanno accordare da Curiali di
Roma la deputazione d'un altro Giudice Locale,
infito anche alle volte lo stesso nostro Monsig. Udi-
tore, con fare il Decreto d'accordo, senza nè pur
far leggere la Citazione, con gravissimo pregiudizio
anche del Publico di detta Città, che con titolo one-
roso ottenne la detta Erezione di Tribunale, e
con continuo gravissimo dispendio soccombe all'annuo
peso di supplire del proprio al mantenimento di cin-
que Uditori della detta Rota, altre la congrua Ab-
bitazione, che le somministra. Desiderando Noi
per tanto dar l'opportuno rimedio ad un tal abbu-
so coll'oracolo di Nostro Signore, e per debito del
nostro Ufficio espressamente ordiniamo, che in avve-
nire non sia lecito ad alcuno de' Litiganti della detta
Provincia della Marca, e molto meno a' Curiali sì
de Partibus, che di Roma accordare le deputazioni
d'altro Giudice Locale, e far il Decreto di accord-
do senza far leggere la Citazione, dichiarando Noi
irrite, nulle, ed attentate tutte le deputazioni, che
si faranno in avvenire contro la forma di detto
Motu proprio, e del detto Breve Pontificio, e del
presente Editto. Incaricando a Monsig. nostro Udi-
tore di rigettare tutti li ricorsi, che si faranno avan-
ti di Lui, quali giudicarsi esser contro la forma, e
tenore della detta Costituzione Sistina, e di detto
Breve Innocenziano. Qual' Editto per la di lui pie-
na osservanza ordiniamo, che venga affisso, e pu-
blicato ne' soliti luoghi di Roma, ed in tutte le Città,
e Luoghi di detta Provincia, con doverse ne ritenere
una copia affissa in qualsivoglia Cancelleria delle Città,
e Luoghi di detta Provincia, acciò da niuno possa alle-
garse l'ignoranza. Dato in Roma questo dì 13. De-
cembre 1736. N. Card. Corsini -- G. Caballini Uditore.*

*S. 3. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, prædicti Exponentes Edictum hujus-
modi quo firmitus subsistat, & servetur exactius,
Apostolica Confirmationis nostræ patrocinio com-
muniri summo opere desiderant.*

*S. 4. Nos specialem ipsis Exponentibus gra-
tiam facere volentes, & eorum singulares per-
sonas a quibuscumque excommunicationis, suspensio-
nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine
quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodata existunt, ad effectum præ-
sentium dumtaxat consequendum, harum serie
absolventes, & absolutas fore censentes, suppli-
cationibus eorum nomine Nobis super hoc hu-
milter porrectis inclinati, Edictum præinse-
ritum a memorato Nerio Cardinale, & Signaturæ
nostræ Justitiæ Præfecto editum, ut præfertur,
cum omnibus, & singulis in eo contentis au-
thoritate Apostolica, tenore præsentium confir-
mamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apo-
stolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, &
singulos juris, & facti defectus, si qui desuper
quomodolibet intervenerint, supplemus.*

*S. 5. Decernentes easdem præsentibus literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, &
pro tempore quodcumque spectabit in omni-
bus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & diffiniri debere; ac irri-
tum, & inane, si secus super his a quoquam qua-
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contige-
rit attentari.*

*S. 6. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus
sit, dictæ Civitatis; etiam Juramento, confir-
matione Apostolica vel quavis alia firmitate ro-
boratis, statutis, & consuetudinibus, privile-
giis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in
contrarium præmissorum quomodolibet concef-
sis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni-
bus, & singulis illorum tenores præsentibus pro
plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad
verbum insertis habentes, illis alias in suo ro-
bore permanfuris, ad præmissorum effectum, hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Mayo-
rem sub Annulo Piscatoris die 13. Januarii 1737.
Pont. nostri Anno Septimo.

F. Card. Oliverius.

Unio Provinciæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Mi-
norum S. Francisci Capuccinorum cum custo-
dia Mantuan. & dismembratio Conventus Ca-
stellionis Stiverorum a Provinciâ Brixie, ei-
dem Provinciæ Lombardiæ incorporati cum
aliis quinque Conventibus Mantuæ, Terræ
Hostiliæ, Goiti, Aquenigræ, & Sermini
vici.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Sacro sancti Apostolatus Officium humilitati no-
stræ per abundantiam divinæ bonitatis nul-
lo licet meritum nostrorum suffragio creditum
salubriter exequi adjuvante Domino, jugiter
satagentes, ad ea, per quæ felici, prospero-
que Christiani felicitatis obsequiis sub suavi
Religionis iugo mancipatorum regimini, con-
sultitur, libenter intendimus, munerique nostri
pastoralis partes propensa desuper parte interpo-

nimus,

1737.
Magistratus
Maceratensis
confirmari
petit.

Quod præ-
stat Cle-
mens.

Sicque servi-
ri præcipit.

Derogat
contrariis.

Dat die 13.
Jan. 1737.
An. VII.

CLXXXVIII

Proceum

Cause faci-
endi unio-
nis, & res-
pectivæ sepa-
rationis.

nimus, sicut Nos locorum, personarum, re-
rum, & temporum qualitatibus mature pen-
satis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religio-
nis incrementum expedire in Domino arbitra-
mur.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt
dilecti filii Superiores, & Religiosi Ordinis Fra-
trum Minorum S. Francisci Capuccinorum nun-
cupatorum Provincia Lombardie, & custodie
Mantuan. quod cum de consensu etiam ac appro-
batione charissimi in Christo filii nostri Caroli
Hispaniarum Catholici, nec non Romanorum
Regis in Imperatorem electi inter se conven-
erint, ut in unam, eandemque Provinciam Lom-
bardie uniantur, atque secundodicti Superio-
res, & Religiosi Custodie Mantuan. declarave-
runt dilectis pariter filiis Ministro generali, &
Definitoribus generalibus prefati Ordinis tum
memoratam custodiam Mantuan. propter penu-
riam, & defectum præsertim Sacrificii, unde
Religiosis commodum vestium provenit, aliter
non posse subsistere, tum maxime regularem ob-
servantiam in suis respective Conventibus per
eam contiguum Provinciarum unionem magisque ad-
juvante Deo firmatum iri. Quam quidem unio-
nem cum accessione Conventus Castellionis Sti-
verorum a Provincia Brixie, quemadmodum ipse
Carolus Rex in Imperatorem electus exoptat,
separandi, & dismembrandi, & aliorum quin-
que Conventuum, videlicet Mantue, Terræ
Hostiliæ, Goiti, Aquenigræ, & Sermini vici,
idem Minister generalis, & generales Diffini-
tores utpote laudabilem, & regulari observan-
tiam in primis conducibilem necessariam appro-
barunt.

Approbatum
à Pontifice.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, dicti Exponentes unionem hujusmo-
di per Nos stabiliri, sibi que propterea in præ-
missis opportune provideri, & ut infra indul-
geri plurimum desiderent. Nos igitur piis utro-
rumque Superiorum, ac Religiosorum votis ad
Religionis incrementum, & felicem progressum
tendentibus quantum cum Domino possumus
favorabiliter annuere volentes, eosque, & illo-
rum singulares personas a quibuscumque excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a Ju-
re, vel ab homine quavis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet innodata exis-
tunt ad effectum præsentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, & absolutas
fore censentes, supplicationibus eorum nomi-
ne nobis super hoc humiliter porrectis inclina-
ti, supradictam Provinciam Lombardie cum cu-
stodia Mantuan. perpetuo unimus, conjungi-
mus, adnectimus, & incorporamus, nec non
Conventum Castellionis Stiverorum, quem a
Provincia Brixie separamus, & dismembramus
cum quinque aliis memoratis Conventibus scilicet
Mantue, Terræ Hostiliæ, Goiti, Aquenigræ,
& Sermini vici eidem Provincie Lombar-
diæ perpetuo etiam unimus, conjungimus, an-
nectimus, & incorporamus.

Sicque in
perpetuum
præcipit ob-
servari.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas
semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spe-
ctat, & pro tempore quodcumque spectabit
inviolabiliter observari, & illis respective in
omnibus, & per omnia plenissime suffragari;
Sicque in præmissis per quoscumque Judices Or-
dinarios, & Delegatos, etiam Causarum Pa-
latii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri
debere, ac irritum, & inane si secus super his
a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-
rante contigerit attentari.

Derogat ob-
stantibus.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Confi-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec
non Ordinis, Provinciarum ac Conventuum præ-

dictorum aliisque quibuscumque etiam juramento,
Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, pri-
vilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis
in contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus om-
nibus, & singulis illorum tenores, præsentibus
pro plene, & sufficienter expressis, ac de ver-
bo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo
robore permanentis, ad præmissorum effectum
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse de-
rogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo
Piscatoris die 21. Jan. 1737. Pontificatus nostri
Anno VII.

Dat. die 21.
Januarii 1737.
An. VII.

Indulgentia plenaria a SS. D. N. Clemente PP.
XII. benigne concessa Missionariis Capuccinis
Gallis in partibus Infidelium existentibus tum
die, quo ad ipsa loca Missionum pervenerint,
tum in articulo mortis.

C L E M E N S P P . X I I .

Ad futuram rei memoriam.

Celestium munerum thesauros libenter im-
pertimur iis, quos salutem Animarum, &
Gentilium conversionem procurare intelligimus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Che-
rubinus de Nove Frater expresse professus Or-
dinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nun-
cupatorum in Romana Curia Missionum Ori-
entalium, & Occidentalium, ac Missionarium
Gallorum ejusdem Ordinis Procurator nobis nu-
per exponi fecit, & diversis Regni Gallie Pro-
vinciis Ordinis hujusmodi plures Religiosi Viri
in Gentium conversione maxime laborent, &
Sancti Spiritus gratia multum proficiant.

§. 2. Nos ejusmodi pia studia intimo cordis
affectu plurimum complectentes, illosque spe-
cialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes,
universis dicti Ordinis Religiosis earundem Pro-
vinciarum Gallie, qui pro Christi amore, &
obedientie merito conversioni Gentilium in præ-
fatis Orientalium, & Occidentalium partibus
procurandæ se accinxerint, die quo ad ipsa loca
Missionum pervenerint, si confessione prævia sa-
cræ Communionem sumpserint, necnon in
mortis articulo si contriti, ac confessi, ac cum
 proposito confitendi in itinere, seu in ipsa con-
versione decesserint, plenariam omnium pecca-
torum suorum Indulgentiam, & remissionem mi-
sericorditer in Domino concedimus, & elar-
gimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die 28. Januarii 1737. Pont.
nostri Anno VII.

F. Card. Oliverius.

Proœmium.

Procuratoris
preces.

Indulgentie,
de quibus in
Rubrica.

Dat. die 28.
Januarii 1737.
An. VII.

Declaratio, quod Ordinarii locorum in Indiis
non liceat visitare Confraternitates erectas,
& erigendas in Ecclesiis Fratrum Ordinis Beatæ
Mariæ de Monte Carmelo Excalceatorum
nuncupat. Congregationis Hispaniæ, nec eo-
rundem Oratoria ruralia.

C L E M E N S P P . X I I .

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii
Superiores Fratrum Ordinis Beatæ Ma-
riæ de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupa-
torum Congregationis Hispaniæ, quod ipsi in

Privilegium
Ordinis Car-
melitarum
Excalceato-
rum erigen-

vim